

Littere Sigismundi III Regis Poloniae ad
Magistratum et Ordines Gedanenses.

48

Spectabiles etc. Cum concordia, et mutuo amore civita-
tum status potissimum ritatus, Nos quoque nihil magis
cupimus, quam ut civitas Gedanensis hac ipsa concor-
dia, animorumque consensione floreat, in eaque studi-
um publicae salutis tuenda propagetur. Quare cum non
nulli civium publico nomine quæsti sint quædam inter-
venire, que hanc ipsam animorum consociationem af-
ficiant, mittimus ad Fidelitates Vestras Generosum N.
qui nomine nostro quædam ad stabiliendam mutuam
pacem pertinentia proponet, que eo animo Fidelitati-
bus Vestris deferre mandavimus, ut in re hac nihil aliud
spectemus, nisi salutem multis nominibus Nobis com-
modate civitatis, vicissim Fidelitates Vestras eò studia
voluntatesque suas accomodabunt, ut mutuam concordi-
am constanti legum, privilegiorumque observantia foveant,
et tueantur.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

